



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Autoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 930. Dum dubitatur, in cujus diœcesi Ecclesiæ fita, cui subjecta, & à quo Episcopo consecranda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

est; hujusmodi enim unio fieri censetur salvo jure, seu sine præjudicio Episcopi, in cujus diœcesi sita sunt; quia Papa uniens vult singulis Episcopis sua jura inuolata seruari. Ita juxta *c. quia monasterium h. t. gl. ibidem v. cujus est.* Barbof. *ibid. n. 1.* Jo-and. Imol. Butr. Anan. Anchar. Hoff. & alii citatis pluribus. Item Vivian in *rationali jur. Pontif. h. t. Pirh. b. t. n. 11.* Wiestn. *n. 7.* His non obstantibus primò, quòd vi talis unionis res omnes, actiones & jura (intellige activa) istius Ecclesiæ vel monasterii uniti acquirantur & incorporantur Ecclesiæ vel monasterio, cui facta est unio, etiam si id non exprimitur: nisi illa vel hoc istarum rerum & unionum sit incapax, ut Barb. *l. c. n. 2.* citans Sanch. in *præcepta Decal. Tom. 1. l. 1. c. 30. n. 6.* Pirh. Wiestn. *LL. cit.* ita ut Prælatus monasterii vel Ecclesiæ principalis, seu cui facta incorporatio jam sit Prælatus monasterii uniti, utpote quòd veluti extinctum censetur, quin & ad hunc spectet constituere vel confirmare Priorem vel Vicarium istius monasterii uniti, calu quo hujus conventui ex consuetudine illorum electio permilla ut Pirh. *l. c. cum Garc. de benef. q. 12. c. 2. n. 50.* adeoque hæc non spectent ad Episcopum Diœcesis, in qua situm monasterium cui facta unio. His inquam non obstantibus responsioni, siue quòd minus monasterium (idem est de Ecclesia alia) unitum non subdatur jurisdictioni Episcopi, in cujus diœcesi situm, isque retineat jura Episcopalia in illud; cum per translationem jurium activorum illius, ipsum monasterium non transferatur è sua diœcesi. Neque obstantibus secundò, quòd Ecclesia vel monasterium uniat, cui unio facta, sit locus exemptus, cum ejus exemptio se non extendat ad unitas Ecclesias vel monasteria, non exempta; dum etiam in civilibus persona aliàs maximè exempta, si possessiones in territorio alicujus Principis fitas & illius jurisdictioni subjectas acquirat, in rebus & causis illas possessiones concernentibus, hujusmodi principi subsit. Ut Pirh. *num. 13. in fine.* Wiestn. *h. t. n. 8.* cum Laym. *inc. fin. de confirm. vili. n. 6.* Obstat verò, dum monasterium alicui Episcopo subjectum unitur monasterio ordinis exempti, & in huic unito religioso illius ordinis exempti collegialiter sub aliquo superiore immediato degant; tales enim Episcopi, in cujus diœcesi monasterium unitum situm est, jurisdictioni non subjiciuntur Wiestn. *num. 9.* cum Laym. *de Elect. pralat. c. 16. q. 208.*

Quæst. 930. Dum dubitatur in cujus diœcesi Ecclesia sit, cui subjecta, & à quo Episcopo consecranda.

1. Resp. Ad primum: subjecta erit Episcopo, qui antequam ea ædificaretur, in incolas illius loci jura Episcopalia exercuit, vel sacramenta quædam contulit, pro ut sumitur ex *c. 1. h. t. Gl. ibid. v. notas.* Pirh. *h. t. n. 9.* Sic si constat vel probetur, Episcopum in certo loco exercere jurisdictionem episcopalem conferendo Baptisum & Confirmationem, acquisivit possessionem omnium jurium Episcopalia in eodem loco. Pirh. *h. t. n. 10.* siquidem exercendo unum aliquem factum sub generali ratione officii ordinarii, quod gerit, acquirit possessionem universalem jurisdictionis, seu aliorum similibus ad idem officium pertinentium, nisi alius sit in possessione quòd ad alios articulos vel aliorum similibus jurium. Pirh. *l. c. Arg. c. 15. de præscrip.* & citatis Innoc. in *c. 1. h. t.* Jo-and. *ibid. num. 4.*

Abb. *num. 3.* secus tamen est, si Episcopus exercuit unum actum jurisdictionis in hospitali; eò quòd plura hospitalia loca religiosa non sint, sed subjecta jurisdictioni seculari, ac proinde Episcopus in tali loco, non plus præscripserit, quam probetur eum possedisse. Locus verò sacer, quia necessariò subesse debet Episcopo, aut alicui prælato Ecclesiastico, præsumptio sit pro eo, qui ibi exercuit aliqua jura Episcopalia, etiam quòd ad alia, nisi probetur alium quòd ad illa fuisse in possessione. Pirh. *l. c. cum Abb. in cit. c. 1. n. 5.*

2. Resp. Ad secundum: Ecclesia sita in confinio duarum Diœcesium consecranda ab Episcopo, ad quem incolæ loci, antiquam ædificaretur aut fundaretur Ecclesia, concurrebant pro suscipiendo Baptismo & Sacramento Confirmationis; cum Diœceses non tam definitur terminis locorum, quam collatione dictorum duorum Sacramentorum. Pirh. *h. t. n. 9.* Barbof. in *c. 1. h. t. n. 1.* citatis pluribus aliis juxta quòd decernitur eodem *c. 1.*

Quæst. 931. Quid Episcopus possit circa locorum religiosorum visitationem, exigendasque rationes ab eorum administratoribus:

1. Resp. Ad primum: præterquam quòd habeat in locis religiosis sibi subjectis & non exemptis jurisdictionem contentiosam & exactionem jurium Episcopalia, de quibus dictum est alibi: potest Episcopus eo loca visitare ac omnia, quæ ad Dei cultum aut animarum salutem seu pauperes sustentandos instituta sunt, cognoscere autoritate Episcopali seu ordinaria, etsi eorum cura & administratio ad laicos pertineant. etsi exempta sint, autoritate Apostolica, item quot annis ab eorum administratoribus, siue hi sint Ecclesiastici, siue laici, exigere rationes, ita etiam, ut si ex consuetudine, privilegio vel constitutione aliqua loci aliis ad id deputatis ratio reddenda esset, cum iis adhibendus ordinarius. his quo ad utrumque non obstante quacunque consuetudine, etiam immemoriali, privilegio aut statuto, pro ut expressis verbis statuit Trid. *sess. 22. de reformat. c. 8. juncto c. 9.* unde etiam, dum Ecclesia esset nullius diœcesis, ejusque Prælatus haberet jurisdictionem quasi Episcopalem, adhuc visitanda ab Episcopo, cujus Cathedralis est illi Ecclesiæ vicinior Delb. de immun. *Eccles. c. 12. du. 1. f. 2. n. 18.* cum Barb. ad *concil. Trid. sess. 7. c. 8. de reformat. n. 3.* Excipiuntur nihilominus ab illa visitatione Episcopali & exactione rationum hospitalia aliaque loca religiosa, etsi erecta etiam de licentia Episcopi, quæ sunt sub Regum immediata protectione, ut ea sine illorum licentia visitari ab Episcopo nequeant, ut statuit Trid. *sess. 22. c. 8.* Item ea, in quarum fundatione cautum, et non subsint Episcopo. Item Hospitalia aliaque loca religiosa ordinum militarium aliorumque religiosorum, Fagn. ad *c. 4. h. t. n. 47.* & de Ecclesiis regularium Delb. *l. c. n. 19.* cum Barbof. *l. c. n. 15.* referente sic declaratum à S. Cong. Pirh. *h. t. n. 24.* Reiffenst. *n. 6.* prout hæc habentur vel manifeste colliguntur ex *Clem. 2. §. permissa. h. t.* & Trid. *l. c. c. 9.* dum ibidem loquitur solum de secularibus, & non de regularibus, ut declaravit S. cong. apud eundem Fagn. *l. c. n. 48.* & sic in specie, in virtute etiam constitutionis Gregor. XV. quæ incipit: *infernabilis.* Ab
Epi